cum illi occultorum
omnium cognitori · pro
imminenti perp&uę mor
tis periculo ſupplica
mus. preſertim cum e di
uerſo callidus ſeduc
tor. pariter & crimina
tor adſiſtat · in tanta
atque ſollicita oratio
ne iudicantis pi&as
imploranda eſt. Nec in
iuſte. non ſolum non leui
peccato · ſed &iam gra
uiſſimo crimine impie
tatis adſtringitur.
Qui pręcem dō fundens.
ſubito a conſpectu eius.
quaſi ab oculis non ui
dentis nec audientis
cogitationis improbę
uanitatem ſecutus ab
ſceſſerit. Illi etiam qui ocu
lis cordis ſui contegunt
craſſo uelamine uitio
rum ac ſecundum ſententiam
ſaluatoris. uidentes non
uident. & audientes
non audiunt neque intel
legunt. uix in receſſib;
pectoris ſui. &iam illa
quę magna ſunt. & capi
talia crimina contem
plantur. Nullas autem
cogitationum ſubrep
tiones. ſed neque illos
in ſe lubricos occultosq;
prurituſ. qui mentem
tenui atque ſubtili ſug
geſtione compungunt.
nec captiuitates animę
ſuę. poſſunt purgatis
obtutibus intueri. Sed
in uerecundis ſemper cogi
tationibus euagantes.
nec dolere norunt. cum
ab illa contemplatione
quę ſingularis eſt diſtra
huntur. nec habent quod
ſe doleant amiſiſſe.
quippe qui mentem ſuam in
gruentib; ut libitum eſt
cogitationib; expan
dentes nihil habent pro
poſitum quod principaliter
teneant. uel quod omni
modis concupiſcant. Tun